Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dus eni eit i latere tuo et custodiet pedem tuum
Noli timere subitam infortunium et irruentem tempestatem
habitantibus in impios hinc et magnum
dabit gratiam et sapientiam possidebunt stultorum
exultatio ignominia. Dixit quoque in parabolis
Audite disciplinam ne dimittatis eam quia ipsa est vita
tua Ne delectetis in semitis impiorum nec
placeat via malorum Sicut enim obscuri in malefecerunt
sic rapiunt somnum ab eis nisi supplantaverint
et: Justorum semita quasi lux splendens procedit
et crescit usque ad perfectam diem Via impiorum
tenebrosa nescit ubi corruat. Fili mi omni
custodia serva cor tuum quia ex ipso vita procedit
Remove a te os pravum et detractionem labia
sint procul a te oculi tui Recta videant ante te et palpebre
tue precedant gressus tuos Dixit ysto et parabolam. Fili mi attende
sapientiam meam ut custodiat cogitatum et disciplinam
labia tua custodiant Ne attendas fallacia
mulieris favum enim distillant labia meretricis et nitidius
oleo guttur eius Novissima autem illius amara
quasi absinthium et acutum quasi gladius
bicipitis pedes eius descendunt in mortem et ad inferos
gressus illius penetrant Per semitam vite non ambulat
vagi sunt gressus eius et incognitos habent. Fili mi longe
fac abscondita tua et ne appropiet fontibus eius
Ne des alienis honorem tuum et annos tuos
crudeli Ne forte impleantur extranei viribus tuis
et labores tui sint in domo aliena et gemas in novissimis
cum consumpseris carnes tuas et corpus tuum